

R E G V L A

ma focii est 64. jam vero 64 + 30 sunt 94, integra igitur focii summa erit 94. Itaq; si socio 50 nummos é meis 98 donem, summa focii erit 144, mea autem reliqua erit 48, quæ summa, uti propositum fuerat, ad summã focii 144 subtripla est. Sequitur quæstio de annorum numero.

Antecedo, inquit Alexander ad Callisthenem, Ephestionem biennio, Clytus utriusq; ætatem quadriennio excedit, quæro quot anni sunt omniũ? Respondet Callisthenes. Pater meus ubi nonagesimum sextum annum complevisset, æquavit annos omnium vestrum. Ergo ex Callisthenis responso singulorum annos explicemus.

Ponam igitur annos Alexandri esse 8 annos. Ergo Ephestio natus erit annos 8 — 2 hoc est 6. Clytus autem natus erit annos 8 + 6 + 4, hoc est 18. jã 8 + 6 + 18, hoc est 32 sunt 96 — 64. quare inventus 32 dato cognito 96 minor erit. ergo per 10 p. positus numerus 8 vero numero minor erit. ergo illum cum suo signo & collatorum differentia scribam sic

$$8 \text{ — } 64$$

Duplatus autem numerus 8 est 16. ergo rursus per 14 p. ponam annos Alexandri esse 16 annos. Ergo Ephestio natus erit annos 16 — 2, hoc est annos 14. Clytus autem natus erit annos 16 + 14 + 4, hoc est 34. jam 16 + 14 + 34 hoc est 64 sunt 96 — 32. ergo inventus 64 dato cognito 96 minor erit. quare per 10 p. positus numerus 16 vero numero minor erit. ergo illum cum suo signo & collatorum differentia primo subscribam sic

$$8 \text{ — } 64$$

$$16 \text{ — } 32$$

Nunc ut 64 — 32 hoc est ut 32 est ad 64 sic 8 est ad 16. Ergo per 18 p. 8 + 16 hoc est 24 erit numerus annorũ Alexandri: tumq; 24 — 2 hoc est 22 erit numerus annorum
Ephe.